

VITA  
**PETRI MOSELLA**  
 NI PROTEGENS VITA A IVSTINO GOBLE  
 ro LL. Licentiatu congesta ad Ioannem Fichardum  
 Doctorem & Aduocatum Francphur  
 tensem amicum sincerissimum.



E for sitan & ego Ficharde doctissime istorum morem aut sequi aut probare uidear, quia aliquam rem sumpciant, alios quidem ad hortantur sedulō, ceterum ipsi nihil quid pacto faciant, uel suggurerunt, uel subministrant, duxi iam te ut alias, non solum admodum, sed & nostro aliquo exemplo confitmare, ut quam in describendis publicādīsque illustrium uitiorum uitis operam suscep̄isse, eandem me hortatore urge resatque ab solueres. Neque enim lucernam illam tuam eiusmodi pulcherrimi facinoris, ut ardeat emungam tantum, uerum etiam quodcumque hoc cole, ut magis ardeat, infundam, exponendo obist̄ tibi ac transmittendo optimū & honestissimū uiri Petri Mosellani Protagenitū uitam, à me sane his contractoribus horis, leutorique manus congesta uerius quam compositam. Quae si non quidem indigna proflus tibi uidebitur, ut catalogoaque ordinis tuo inferatur, efficer poteris, ut & pro mea summa ac singulari erga illum pietate, & studio erga te meo incredibili, aliquis inter tuas uitas locus ipsi deputetur. Quanquam in easum opinionem ut patet fā pridē sua uirtute ac meritis consecutum esse Mosellauum, ut uel me taente in celebrium uirorum ac memorabilium numerū recipiat, ipsumq; ciuitate, quemadmodum bonum in ciuem, donauerint. Neque enim uero pacto obscura eius uoluntas fuisti ac studium uideri potest in prouehendis amplificandisque melioribus literis, cui tam nihil sane ad eam ipsam rem quam uitam ac latibenignitatem defuisse censem dum est. Ego uero in praefentia non uerbis attollere illius laudes, quod meis uiribus maius quidam

dameſt conabor, sed simpliciter & nudam rem ipsam ostendere contentus ero. Proinde sic habe mi Ficharde, natum esse Petrum nostrum loco humili atque obſcuro, in quodam Treuorum ac Moſellae pago, cui nomen Proteg, ad quantum ferè lapidem ſupra Confluētes, tenuibus ac humiliſ fortuna parentibus, honestis tamen atque probatib; moribus. Patri nomen erat loani, Matri uero Catharina. Mulier quidem ſe fœcunda, ut qua quatuordecim liberos, quorum Petrus natu inter fratres minimus erat, iuſtulerat. Pater autem præter uinearum culturā etiam tonfirinam & mercaturam exercens, filij indole ac probitate adductus, ipsum studijs addicere non ceſlauit, impediāque ad hac biminiſtrare minime recufauit, quanquam iaduic illo puero exiſtente eiūius ſublatuſ eſt. Quo circa res iſta in uiduæ matris arbitriū ac potestate deuenit, que cum filium à ſchola & literis abſtrahere & ad domēſticas munias urgere uellet, hiſ ſmoratū aliquādū frater in Beylſteyn denique ſchola ac ſtudij reddidit, Luceburgumq; mitit. Verum quum in plagiariis potius, quam in peritum ludimoderatorem, nimirū durum illius gentis hominem, incidiſſet, tamdiu ſuſtinuit imperium, donec opportune per amicos Limpurgum (eſt id oppidum Lan) mitetur, ubi etiſſe commoditym ludum nactus eſſet, tamen inopia laborans, ſicilē Treuerim ſe tranſferri paſſus eſt, functus rūſ fortē, in ſumma æde, Choraulis munere. Hinc non longe post Coloniam Agrippinam, Ioannis Schade aut ſui beneficiio atque uiatico inſtructus, ablegatus, ſequi ibi in disciplinam 10. Cefario ac familiaritatem doctissimi uiiri Ioannis Cafarei, qui tunc Colonia 11. Græcas & Latinas literas profitebatur, inſtruauit, à quo & Chryſolorę grammaticam, & Luciani dialogos aliquot hauiſt, atque ita in eo ſtudio proceſſit, ut & Homerum, & alios quoque bonos authores ſumma ardore cognoscere laboraret. Habebat Buschium, ea urbis illo tempore præter Cafarium etiamalios uitios doctiſſi Sobium, mos, ac notiſſimos, præfertim Buschium & Sobium, qui tunc ambo Colonie publico ſtudiendo elegantiores Musas docebat, quo cum quide in benevolentia, & obleruantia Moſellanus nihil habuit prius. Hos igitur cum literarum ſtudio mirè flagraret, diligē

ter audiuit, siue expectationem indies maiorem ac probabiliorum redditum, ita ut & doctissimi viris eius conatus arriderent, & uotis propinquorum per pulchrum responderent. Degustata igitur Dialetica, descendit ac docendi magistra, iacto in gracie litteris, quas cum latini ex Marci T. Ciceronis praecepto coniungendas putauit, fundamento, ad munus docendi comprimitis inter aequales alpinauit, utilissimum sibi fore ratus, si eorum, quae ipse didicisset, docendo alios periculum faceret. Ea namque re sibi euenire existimat, ut & alijs plus prodesset, & maiorem sui profectus utilitatem, eo ipso exercitationis genere confequeretur.

*Casparius  
Bartoni.*

Hoc igitur docendi munere, cum & gratius esset, & iam florere coepisset, suas quidem inde exultilas, Lipsiamque concessit, ut prius inita cum Caspero Borneiro in Mathematicis non vulgariter uerato, amicitia, perducius est atque peruersus huius consilio & auctoritate ad suscipiendam conditionem, nauandom que noua scolar operam, quam Joannes Aescampianus grauis exprimit usq[ue] eruditus, Freiburg apud Lipsenses institueret, Quia in re illi cum haud grauata est obsequeretur, summa cum laude idipsum ac omnium admiratione praestit. Nec uero longe post migrare alio, ubi & frequentia maior esset, & locus celebrior, constituit. Quia eius quidem uoluntate perspecta, effectus est, per amicos uiros ornatos, ut publicum ei docendi munus in Academia Lipsensi, è communia aerario decerneretur, quod & illustri. Ducus Georgij benevolentia, & celebrium hominum commendatione non difficulter impetravit, atque obtinuit, factumque est ut post Richardi Croci discessum unus Graece linguas docende prouinciam magno omnium applausu & congratulatione subiret, caue cum laude ac studentium profectu administraret, ut statim summis eius loci professoribus par, ne dicam superior haberetur, & quidem ad decennium, adeoque ad extrellum uitae diem constantissime exequeretur. Erat autem Mosellanus in inicio hanc potissimum studiorum ac uita rationem recitissimo cōsilio ingressus, etiam penè puer, ut nihil preciosius tempore duceret, idcirco & noctis multum in studia insumebat, & summo manere, Homerum suis cōtubernalibus enarrabat, Scrubabat & hoc, ut an temeridianum

temeridianum tempus grauioribus & Graecis literis, pomericianis leuioribus & Latinis daret. Bis primum autem etiam ter in die publice prelegebat, bis item uel saepius priuatim, reliquum uero tempus lectio[ni], scritptioni, ac italo dabant, ciuitati nonnihil relinquentis. Theodori Gaza grammatica Diomedis Latinam coniungebat, Aristotelis Dialetica pure tractabat. Quosdam Platonis, Ciceronis, & Plutarchi libros, ipsumque Suidam mira dexteritate atque facundia auditorio suo propofuit. Ifocatis orationes quadam, Demosthenis item interpretari aggresus est, non sine magna studio forum utilitate ac laude. Verumne his tantis seu prophaniis delectari Christianus homo uideretur, Prudentium comprimitis pium poëtam cum Diu Augustini de doctrina Christiana libris, Miletio Erasmi, Ioannis euangelium, ac illam pauli ad Romanos epistolam publice cognoscendam atque explicandam suscepit, maximu[m] profecto faciens diuinarum litterarum maiestatem, quas quidem è suis fontibus potius quam exturbulentis quorundam riuiulis hauriendas esse putauit. Itaq[ue] ad hoc studium deinde omnem operam & indultriam contulit, eo summatim cogitationum suarum referens, ut non modo impensissem illud dilexisse, sed & optimo consilio adiuuasse & excolluisse uideretur. Ac ne etiam illotus quod dicitur pedibus, aut temere, ut hodie permulti, in arte illius præclarissime discipline inuaderet, omnes liberales artes atque linguarum cognitionem sibi uelut in auxilium adhibuit, ac sic quidem Basilij quædam, non nulla Chrysolomi, plura Nazanzeni honestissimo suscepit labore, è Graeco in Latinum sermonem uertit, ac ita uerit, ut ob id laudis plurimum & gratiae ab eruditis emeruerit ac reportauerit. Inscripterat eos quidem labores suos, ut dignum erat, summis ac maximorum ordinum uiris, Basilijs opulculum de solitaria uita, illustri Domino Adolfo Mersburgensi Episcopo, principi Anhaldi. Chrysolomi concionem aduersus auaritiam, genero Sigismundo Lobdouiceo & Hassistenio Baroni Nazanzeni libros quinq[ue] de Theologia, reverendissimo dño Richardo Gryfenda Archiep[isc]o Treuirense, ac principi electori, moecenati meo

*Richardus  
Crocus.*

*Ratio studi  
orum Mo  
silani.*

meritissimo, à quibus quoque horum officiorum causa, unicè & complexus est, & muneribus amplissimis cohonestatus. Quorū quidem operum præstantia ac magnitudo me tamen non deterreret ab enumeratione aliorum, et si in speciem fortasse leuium, sed non minus, quam illa & laboris & ingenij indigentium, cuiusmodi est nobilissimus illius orationis Isocratis pro pace versio. Aphthoni item, & Lucianicorum dialogorum Charontis & Tyranni traductiones, quæ sanè Græcę lingua peritis dilipere non possunt. Ad hanc quasdam non protritis aut vulgares orationes conscripsit, ac habuit ipsa, sed quæ à doctis hominibus mirificè admantur & amplectitur, pro lingua studio contra Barbaros, de concordia in publicis scolis retinenda, deque ratione in re theologica disputandi. Nec præterea fugient studiosus reliqua illius etiā minutiora, tamen eius generis scripta, ut cuiusdem authoris cœlētis pareant, nimirum commentarij illi in Quintilianum & Gellium, figurarum tabulae, Poëdologia, Rhetorices progymnasmata, & quæ datus erat plura & absolutiona uir optimus ac dexteris, nisi ante diem è medio nobis fuisse manibus, proh, raptus auris. Erat enim ea mente atque animo cum erga meliora tum maximè sacra studia parato atque illustri, ut casanè si quis alius, propagaret quā latissimè nati ineuitabili ac plane immaturo, quod optimata fere statim subtrahit, fecus uisus fuisset. Itaque tanti uiri occasum amici & docti uiri omnes, præsertim uero discipuli (quorū copiosissimum numerum, si non breuitati magis quam prolixitate studere, recensere possem) dolentissime ferebant. Fuit autem ea comitate Mosellanus, eo ingenio candore ac modestia, ut facile quemuis in sui amorem pelliceret, quin & insinuare se in eiusa micitiā plerique etiam illustrissimi uiri laborabant, nec de suo erga illos, quos semel amplexus erat, animo quicquam immutabant. Fuit item moribus honestissimus atque ingenio eximio, secundo, ac pene diuino: quo facile factum est, ut si qua uelut corporis prefatia, opes arque diuitiae ei deesse uiderentur, minus se quereres, cū & hæc à pries̄ philosophiæ studiis propemodum neglecta sint, & non in ueris bonis habeantur, neque ob ea unquam quisquam fuerit melior existimat. Quamobrem etiam ingressus

ingressus est eam potissimum (ut dixi) studiorum rationem, atque secutus, quæ videbatur esse & libero dignior, & ceteris multo quietior, eorum uidelicet studiorum rationem, quæ omnibus seculis iucundissima pariter ac liberalissima appellata sunt. & multiplicem utilitatem ac fructus uberrimos generi humano conferre solent. Erat imbecilliori corpore, ac lateribus non satis ualeibus, statura brevia humilis, uoce debili magis quam sonora, acuta tamen, facie subfusa, casioque (quod de Minerua Homerus prædicat) aspectu, ubrispo & nigro admodum capillo. Ingenio omnino graui, & quidem præter attatem canescente, ex quo etiā accidit ei id, ut attate ante tempus ingrauescente atque affecta esset. Somno parcissimo, nec cibo nec potionis unquam indulgebat. Circa uenere & uoluptate continentissimus, ut cuius hic Pythagoras uerisiculus semper obstreperet auribus.

... uerisiculus non inuenit ad p. 60. 10. 1.

Nullum homini ocium, nulla cestatio, nulla laboris prolixa fuit in termis. Sermonis atque colloqui suauissimi, qui neminem trædio aliquod adferret audiendi. De studijs ac pietate creberrimè disputabat. Optimos quoque & Gracos & Latinos authores nullā habita pecunia aut sumptuum ratione, maxime ex Aldina litem ratiō comparauit, quotquot autem librorum cōcesserat, ita perlegit, ut multa s'gnaret, plura ediceret, nonnulla etiam describeret, indicanthoc hodi quidem illius codices. Erat Metaphorarū (ut obiter etiam id indicem) obseruantissimus, earumque ex Cicerone aliquis optimis scriptoribus magnum acerutū collectarum, instar Adagiorum Erastri, editurus opus, si annos aliquot super uixisset, quod partim aliunde cognoui, partim ex ipsius annotationis in frontispicio ac marginibus suorum codicium animadvertisi. Porro à nullare tam abhorrebat natura, atque à turbis, & tumultu, unde quoque nihil tam excrabatur, quam dissensiones & bella, nihil exopribat magis, quam & se placidam posse uitam ducere, & publicæ tranquilitati (quod quis facile ex ipsis literis ad illustrissimum ducem Friderichum Saxonia Electorem intelligit) consultum esse. Itaque pacis artes & alumnas, bonus literas, propensissimo animo ac studio semper complexus est. Quia

cum saeculo isto valedicere neglecta atque oppressa, essenti que pauci qui dignam illis manum operamque adhiberent, summis uoris ac laboribus eo adpirauit, ut profusa uirili quiddam illic contulisse uideretur. Itaque quum eorum causa tam multa esset per pessus atque perfunctus, breui scolam ita instituit, ut uerae ac germanae eruditio quasi officina quadam existeret, ex qua nimurum permulti ornatissimi atque doctissimi prodire uiri, summi tam Mosellani agnoscentes praecoptorem, inter quos facilè primas & meretur & retinet amplissimus uir & clarissimus dominus Iulius Pfug praepositus in Zeutz, & canonicus maioris ecclesiae Moguntinensis, qui etiam singulari pietate, & disertissima oratione praceptoris sui charissimi funus prolequntus est.

Ex eadem schola prodidit quoq[ue] nobilissimus iuuenis Christophorus à Carlowitz, ea dicendi arte laudeq[ue] præditus cum insigni moratu à Carlo rum facultate coniuncta, ut facilè statim Mosellani agnoscas discipulum, cuius quidem beneficio Laurentij Vallæ Antidotos libros multo quam ante cor rectiores, sibi que ipsi planissime restitutos accepimus, Atq[ue] huius similes permultos alios cum eque stri ordine, tum dicendi facultate ornatisimos iuuenes (à quorū nominibus iam lubens abstineo) Germaniæ nostræ dedit Mosellani institutio ac eruditio, qui nimurum eam uitæ atque studiorum rationem institutionemque iudicauit esse optimam & præstantissimam, que rectas disciplinas cum honestissimis moribus copularer. Quæ admodum ipse in epistola ad reuerendissimum patrem Martinum à Lochau testatur his verbis: Deum, quem nihil latere potest, nihil aliquando animam agenti, & cum morte luctanti, propitium adesse nolim, si non iam inde à pueris, non sine summodo mandi animi labore, nihil tam caui, quam ne alicuius uel lacessentis famam mordicus arriperem, quin omnibus quæ mihi non a deo contempnenda, si anniti uoluisse, contigilsent, posthabitis honoribus, copijs familiaribus ac communibus humanae uitæ uoluptatibus, hoc unum sum sublequutus, ut optimi cuiusque & doctissimi calculo probatus, tandem mentem disciplinis his eleganteribus à mundi sorribus repurgatam, Christo Iesu uera sapientia

fonti, diuinæ doctrinæ scaterebris trigaadam, supplex offerrem. Hoc interdiu cogitauit, hoc noctu somnauit, hic manibus pedibusque contendit, huius omnibus aspirauit uotis, in hoc otium, & negotio omne collocauit, ac denique omnes ingenii nostros intendit, uidelicet, ne desit quod euangelico illi diuini, rationes suas olim explicanti, pro talenti quantulcumque mihi crediti, usura, rependere possim. Nullus aliis uita meæ unquam fuit scopus. Nam, si ad uoluptes, ad opes, ad honores, ad potentiam anhelasset, longè alia uia fulsem ingressus. Nec operam hic lusi omnem, nec caruit successu conatus. Quam quidem uitæ atque studiorum rationem ac modum cum ipse ubique promptissimo animo docendo tum uiuendo lequeretur, breui tempore apud optimos quoq[ue] eam famam & gloriam consecutus est, quam alius mortalium nemo. Coperit eum maximi quique uiri ob singulare illas ac raras uirtutes impensissime amare atque complecti, ius scripta sic in manibus habere, sic fouere, sic deosculari & comprimis à lummo illo & clarissimo omnium saeculorum Eralmo Roterodamo, ut suus etiam haeres futurus erat, si parsifant anima fata superfluit. Percharus erat Philippo Melanchthoni, charus Eobano Hessu, charus loachimo & Micyllo celeberrimis huius artatis & incomparabilibus literarum heroibus, qui ipsum & in vita dilexerunt plurimum, & post obitum honorificenter suis officijs ac sententij sua benevolentia uelut testimonijs, quæ publice extant, decorarunt & dolentissime proficiunt. Moritur autem in ipso artatis flore Mosellanus immortale literatorum hominum decus, uix annum unum & tricessimum egreditus, cum luis recto atque moderator Lipsensis Academiae fuisset, morbo atque languore admodum diuturno, qui ipsum plane confecerat, nec nisi paulo ante emigrationem quiete cere paululum ac dormire sicut. A quo deinde somno experrectus, statim animam exhalauit. Itaque factum est, ut cum Philippus Melanchthon peregre reuersus Mosellani ipsumiam iniunxeret, ac ueteris amicitie nomine salutare ueller, defunctus nullum curaret, suo profecto & aliorum honorum uiuorum lummo & acer.

acerbissimo cum dolore. In cuius quidem benevolentia atque aetate moris significationem & testimonianum pro epitaphio Philippus elegantissimos inscripsit uersiculos греческими. Alij quoque uero optimo Mosellano iam defuncto officia suae erga illum pietatis & obseruantiae testificati sunt, praesertim Iacobus Micyllus uir ad unum factus, elegantissimo elegiaco epicedio, loachimus Camerius Graeco & Latino epigrammate. Ioannes Muslerus Ottingensis oratione funebri. Denique ipse dominus Iulius Phlug perennis ille Mosellani amicus, praeter illam suam funebrem orationem disertissima, etiam pro aristotele Diu Nicolai Lypsie monumentum in praecitoris sui charissimi sempiternam memoriam extriu, atque in ea incidi fecit, hoc carmine, quod equidem numerus per Misniam & Saxoniam peragrans describebam, D.O.M.

Conditus exiguo facet hic sub marmore Petrus,

Nobile cui nomen clara Mosella dedit.

Attica quo primum hic audita interprete lingua,  
Cum docuit Graio Teuthonias ore loqui,  
Et Latine ueterem lingua reuocauit honorem,  
Natuumque illi reddidit arte decus.  
Cuiuseloquim uito Cicerone probaslet  
In medio quandam Roma diserta foro.  
Magna etiam coluit pietate oracula Christi  
Et sanctis studijs confona uita fuit.  
Ipse sua uiuens quod sive uocisque perebat,  
In gremio ut uiuat, da bone Christe tuo.

Iulius Phlug praecceptor charissimo F.C.

Haec testimonia Ficharde, atque ornamenta clarissimum horum hominum tametsi magna sunt, tamen adhuc inferiora esse, quam pro Mosellani meritis, cognoscuntur. Qui uir praeceptor nobilium illarum uariarum linguarum, omniumque liberalium artium doctrinam, tanta quoque innocentia fuit, ut ne quidem ab iniquissimis hominibus Iesu illaram inutriam amarulentius recuderit, sed propemodum nescius etiam doctissimos & nobilissimos lumen ius innocitiae, quam omnibus triumphis uictorisque anteferebat, patronos ac propugnatores haberet, Erasmus Roterodamum, & Petru-

Suauen

num equitem, ne quos alios suae amplitudinis & glorie defensores recenteam. Exemplum igitur tantu[m] imitentur omnes, perfectim manufactoris Muta scelotores, ne non modo ad quilibet calumnias non rapiantur statim, uerum etiam illatam iniuriam patienti[us] aequo que animo excipere ac ferre assuecant, cum & innocentia suus honos deesse non possit, & liberalius ubique habetur ferre iniuriam potius quam propulsare, ne dicam inferre. Proinde quando iam aliis quem cum Mosellano, ut pace omnium dixerim, citra impudentiam componas in hisce regionibus uix seculis iam aliquot extitit quisquam, minime committendum fore arbitratu[m] sum, ut incomparabilis uiri memoria & recordatio, non mihi tatum, sed omnibus qui literarum sacra colimus, non sacra sancta habereatur. Te autem mi Ficharde, cum id animo tecum agares, atque ita nuper institueres, ut laudatissimas quaque honestissimas uirorum uitas, praesertim qui superiori aetate, & post regenerationis literas floruisse, cōquireres, in studio forum iuuenium utilitatem & exemplum publicandas, precor ut si hanc lubricitatem aut Mosellani nomine fortalis, aut tuo fauore indignam arbitris, cum nequaquam choro illi tuo inferas, sed quidam gna est perire, & in spongeam cadere paciaris. Sin autem hoc uoluntas tibi, hoc officium meum non obscurum uidetur, & forte probatur, fac te quidem ipsote

ste hoc me debitum Mosellano praestis  
tisse ceteri etiam mortales cognos-  
cant. Vale uir clarissime. Dat.

apud Treuropos Mensis

Martij die prima

Anno 1536.